



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Sōkratus Scholastiku Kai Ermeiu Sozomenu Ekklesiastikē Istoria

Socrates <Scholasticus>

Mogvntiae, 1677

XVII. Quomodo cum Theophilus Heraclidis absentis causam examinari vellet, & Joannes reclamaret, ortâ contentione inter Constantinopolitanos & Alexandrinos, multi utrinque ceciderunt, quâ re terrius ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-14233

A

Κεφ. ιζ.

CAPUT XVII.

Ὁ δὲ Θεόφιλος ἐπιπέσει τὰ καθ' Ἡρακλίδου ἀπόντος ἱεροδότης, ἡ δὲ Ἰωάννης ἀντιλέγοντες, συμπληρώσας ἡγομένους, πολλοὶ ἀπὸ τῶν μὲν τῶν κωνσταντινουπόλεων καὶ τῶν ἀλεξανδρίων, ἢ οἱ Θεοφίλου, καὶ τινος τῶν ἐπισκοπῶν, τῆς πόλεως ἐξήλασαν.

Quomodo cum Theophilus Heraclidis absentis causam examinari vellet & Joannes reclamaret, orta contentione inter Constantinopolitanos & Alexandrinos, multi virimque ceciderunt. Quâ re territus Theophilus alitque Episcopi, ex civitate aufugerunt.

Πρότερον δὲ καὶ τὴν χειροτονίαν Ἡρακλείδου ἀναζητήσας Θεόφιλος παρεσκευάζει, ὅπως εἰ δυνάσθε, ταύτην γενέσθαι ἀφορμὴν λάβοι παρὰ τὴν Ἰωάννη καθαίρεισιν Ἡρακλείδου μὴ ἐν ἐπαρῆν ἐκείνῳ ἢ ἀπάν, ὡς εἴη τυπήσας τινὰς ἀδικίας, ἀλύσει τὴν δῆσας, καὶ πομπέσας ποιήσας διὰ μέσης τῆς ἐφεσίῶν πόλεως τῆν τοίνυν παρὰ Ἰωάννη λεγόντων, μὴ δεῖν καὶ ἀπόντων κληρονομοποιεῖσθαι, οἱ ἐκ ἀλεξανδρείας ἐφιλονέκων, δεῖν δὲ χεῖρας αὐτῶν κατηγορήσας Ἡρακλείδου, εἰ καὶ κατηγορήσων ἀπόντων αὐτῶν ἐστίς ἐν ἐκτεθῆν καὶ διαπληκτισμός, μετὰ τῶν κωνσταντινῶν πόλεως καὶ τῆς ἀλεξανδρείας ἐγένετο σύντονος καὶ ἡρωδῆος συμπληρώσας, πολλοὶ μὲν πνεύματα ἔλαβον, ὀλίγοι δὲ καὶ ἀπώλοντο ταῦτα εἰδὼς Θεόφιλος, ἐυθὺς ὡς εἶχεν, ἐπιτὴν ἀλεξανδρείαν ἐφυγε τὴν ἢ οἱ ἄλλοι ἐποίησαν ἐπίσκοποι, πλὴν ὀλίγων, οἱ τὰ Ἰωάννη παρὰ ζῶντος καὶ πάντες εἰς τὰ ἑαυτῶν φυγῆ ἀνεχώρησαν τῶν ἕτω ἡγομένων, ἐκ καταγνώσει μὴ τοῖς πᾶσι ὁ Θεόφιλος ἢ ἠύξησε δὲ τὸ καὶ αὐτῶν μῖσος, τὸ αὐτῶν αὐτὸν μηδὲν ὑπερβιάσασθαι, τὰ ὡς ἡγομένους ἀπεισθε βιβλία ἐρωτήσθαι ἐν ὑπό τινος, πῶς ἀπεκέρυξε, ταῦτα ἀσπάζεσθαι πάλιν, ταῦτα ἀπεκέρυξε τὰ ὡς ἡγομένους εἰς βιβλία λαμβάνει πάντων ἀνθέων εἰ πῶς ἐν αὐτοῖς ἐφεύρω καλόν, τὴν δὲ πρόπομαι εἰ δέ τι μοι ἀκαθάρτους φανείη, τὴν ὡς κεντῆν ὑπεβιάσασθαι τοιαῦτα Θεόφιλος ἀπεκέρυξε, μὴ λογισάμενος τὸ ἐξ ἑλομῆτος ὅτι λόγοι ἑσθίων ὡς τὰ βιβλία, καὶ ἐκὸς φείλεται λαμβάνειν παρὰ αὐτοῖς ὑπό τῶν θεωρημάτων κεντῆ μῆτοι διαλαβῆτα μὴ δὴ ἐκ καταγνώσει παρὰ πᾶσιν ὁ Θεόφιλος ἢ δίσκοπος ἢ εἰς τῶν μακρῶν, ὁ δὲ ἐρμυπόλεως ἐπίσκοπος, ὀλίγον ὑστερον μὲν τὴν Θεόφιλος φυγῆν ἐτελεύτησε

Rius vero Heraclidis ordinationem in questionem vocari curavit Theophilus, ut inde, si posset, occasionem arriperet ad Joannem exauctorandum. Et ipse quidem Heraclides non aderat: absens tamen judicabatur, quasi quosdam injuste verberasset, & catenis victos per mediam Ephesiorum urbem traduxisset. Cumque Joannes ejusque fautores dicerent, de absentibus judicium fieri non debere, contra Alexandrini contendeant admittendos esse acculatores Heraclidis, licet cum absentem accusarent. Gravis inde seditio, & concertatio inter Constantinopolitanos & Alexandrinos constata est. Commissâque pugna multi vulnerati, quidam etiam interempti sunt. Hæc cum videret Theophilus, illico Alexandriam profugit. Idem alii quoque fecerunt Episcopi, præter paucos qui Joannis partes tuebantur: cunctique arrepta fugâ, ad suas sedes reverterunt. His ita gestis, Theophilus omnium judicio condemnabatur. Auxit porro odium contra illum, quod Origenis libros absque verrecundia legere deinceps non cessabat. Cuidam certe interroganti cur libros quos damnaverat, rursus amplecteretur, in hunc modum respondit. Similes sunt Origenis libri præter ejusque generis floribus exornato. Si quid ergo in illis mihi occurrit boni, illud decerpo. Si quid vero spinosum apparuerit, hoc utpote quod pungit, misum facio. Hæc sunt quæ respondit Theophilus: non reputans animo sententiam illam sapientissimi Salomonis: verba Sapientum similia esse bovum stimulis, nec adversus ea calcitrare debere illos, qui arcanis eorum sensibus punguntur. Et Theophilus quidem his de causis omnium suffragio damnabatur. Cæterum Dioscorus Hermupoleos Episcopus, unus eorum qui Longi appellabantur, paulo post fugam Theophili ex hac vita migravit.

Sf iij

& splendidissima honoratus est sepultura, conditus scilicet in Basilica quæ est ad Quercum, in qua propter Joannem Synodus fuerat congregata. Joannes interim concionibus Ecclesiasticis operam dabat. Quo tempore & Serapionem, cujus causa odium adversus ipsum exarserat, Heracleæ in Thracia Episcopum constituit. Nec multo post ista etiam evenerunt.

καὶ ταφῆς ἠξιώθη λαμπρῶς, ἐν τῷ μαρτυρίῳ τῷ ἐν τῇ δροῦ κηδ' αὐθείς, ἐνθα διὰ Ἰωάννου γέγονεν ἡ συνόδος. Ἰωάννης δὲ ταῖς διδασκαλίαις ἐχόραζε· καὶ χειροτονεῖ Σεραπίωνα, τὸν ἐν Θράκῃ ἠρακλείας ἐπίσκοπον, δι' οὗ κατ' αὐτὸν μίθως ἐγήγετο μὲν ἐπολιτικῶν τὰ ἐπισημῶν χρεῶν.

CAP. XVIII.

De Argentea Eudoxia statua: & quomodo Joannes ob eam Ecclesia denuo pulsus, in exilium abductus est.

ARgentea statua Eudoxiæ Augustæ supra columnam purpuream erecta fuerat, amicta muliebris stolâ. Stabat hæc in edita basi, nec admodum contigua Ecclesiæ quæ Sophia cognominatur; nec ab ea procul distita; sed inter utramque media dumtaxat platea via interjecta erat. Ad eam statuam popularium lusus celebrari consueverant. Porro Joannes, cum ad contumeliam Ecclesiæ ista fieri censeret, pristinam loquendi libertatem resumens, contra eos qui hæc agebant, linguâ suam denuo armavit. Et cum blanda hortatione potius persuadere debuisset Principibus, ut ab hujusmodi ludicro abstinerent, istud quidem non præstitit: sed eloquentiæ suæ impetu abreptus, probris eos appetiit, qui ista fieri præceperant. Hoc factum Augusta iterum ad se rapit: & Joannes verba contumeliam suam reputans, rursus Episcoporum Synodum adversus illum congregari curat. Id ubi sensit Joannes, celebrem illam in Ecclesia habuit orationem, cujus initium est. Rursus Herodias furit: rursus turbatur: rursus saltat: rursus Joannis caput in disco accipere concupiscit. Ea res Augustam multo amplius exacerbavit. Nec multo post advenerunt Episcopi: Leontius scilicet Episcopus Ancyrae quæ est in Galatia: Ammonius Laodiceæ quæ est in Pisidia: Briso Philipporum Thraciæ. Acacius Bercæ quæ est in Syria, & quidam alii. Qui cum adessent, hi qui prius Joannem accusaverant, iterum excitati sunt. At Joannes coram istis iudicibus fidenti erat animo: postulabatque ut de criminibus sibi

Κεφ. ιγ'

Περὶ τῆς ἀργυρᾶς στήλης τῆς ἐν δόξῃ, καὶ ὡς διὰ τὴν εὐδοξίαν Ἰωάννης τῆς ἐκκλησίας ἐχόραζε, εἰς ἐξορίαν ἀπέβη.

Tῆς αὐγῆς ἐν δόξῃ ἀνδρίας αὐτῆς ἀργυρᾶς ἐπὶ κίονος πορφύρεῃ, χλαιδῇ ἐνδεδυμένῳ ἔθηκε δὲ ἐπὶ βήματι ὑψηλῷ, ἅτε ἐγγύς, ἅτε πόρρω τὸ ἐκκλησιαστικῆν ἐπώνυμον ἑσθία· ἀλλὰ διείργει αὐτὸν μέση πλάσιος ὁδός· ἐπιτέτω σπηλιῆς ἡμῶν ἡγόστο παιδία· Ἰωάννης δὲ νεῖον τὸ γινόμενα τῆς ἐκκλησίας νομίζων, τῆς σπουδαίας τῆς παρρησίας ἀναλησάμενος τὸν λῶν, τὴν αὐτῆς γλώττην καὶ τὴν ταύτης ποικίλων ἑξώπιζε· καὶ δεῖον εἶδεν κραυγῆς λόγῳ ἀσθενητικῶν πειθεῖν παῖδας τῆς παιδείας· ὁ δὲ τέτο μὲν εἶσα ἐποίησεν ἑσθιαστικῆν δὲ τῆ γλώσση χρησάμενος, ἐπιπέσει εἰς τὴν ἑξορίαν ταῦτα κελύσαντας καὶ βασιλίσσα πάλιν εἰς αὐτὴν εἴλεκε τὰ ἡμιμύρα καὶ ὑβρίον αὐτῆς εἶδεν ἐκείνου λόγῳ μίμνεσα, πάλιν ἀσθενητικῶν εἰς τὴν σκοπῶν συνάγει κατ' αὐτὸν αὐτοῦ μίθως· ὁ δὲ Ἰωάννης, τὴν ἀπειθήσαν ἐκείνου ἐπὶ τὴν ἐκκλησίαν διεξῆλθεν ομιλίαν, ἧς ἡ δόξα πάλιν ἠρωδίας μαίνετο, πάλιν ταρασσέτο, πάλιν ὀρχεῖται, πάλιν ἐπὶ πίνακι τῆς κεφαλῆς αὐτῆς ζητεῖ λαβεῖν τὴν πλεονεξίαν εἰς ἑξορίαν τῆς βασιλίδας· καὶ μὲν ἐπὶ ταύτην παρῆσαν οἱ ἐπίσκοποι, λεόντιος ἐπίσκοπος ἀγκύρας τῆς μικρᾶς γαλατίας ἀμμοκίονος λαοδικείας, τὸν ἐν πισιδίᾳ βρίσων Φιλίππον τῶν ἐν Θράκῃ ἀκακίου βεργίας τῆς ἐν σὺν τῶν ἄλλοι τινέσιν παρῆσαν τῆς ἐξορίας· τοῖς οἱ πρῶτον κατήγοροί· Ἰωάννης μὲν ἐβάρρει ἐπὶ τέτοις, καὶ ἠξίου ἐπὶ ταύτην